Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Missalefragment - Cod. St. Blasien 120

[St. Blasien], [12. Jahrh.]

Dominica 3 post Epiphaniam mit Feria III, fragmentarisch.

urn:nbn:de:bsz:31-55858

Visual Library

[I] disset ihc demonie [illegible]

Et ecce leprosus ueniens. adorabat eum dicens. Dne si
uis potes me mundare. Et extendens manum ihc.
tetigit eum dicens. Uolo. mundare. Et confestim
mundata est lepra eius. Et ait illi ihc. Uide nemini
dixeris. sed uade ostende te sacerdoti. & offer mun(us)
qd precepit moyses in testimoniu illis. Cum aut in
troisset capharnaum. accessit ad eum centurio rogans
eum & dicens. Dne. puer meus iacet in domo parali
ticus. & male torquetur. Et ait illi ihc. Ego ueniam.
& curabo eum. Et respondens centurio ait. Dne non
sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantu
dic uerbo & sanabit(ur) puer meus. Nam & ego homo
sum sub potestate. habens sub me milites. Et dico
huic uade & uadit. & alio ueni & uenit. & seruo
meo fac hoc & facit. Audiens aut ihc miratus est. &
sequentibus se dixit. Amen dico uobis. non inueni
tantam fidem in isrl. Dico aut uobis. quod multi
ab oriente & occidente uenient & recumbent
cum abraham. & isaac. & iacob. in regno celorum.

Dom. III p. Epyph
f. 1r
S. Bl.

G. H. HOFBIB. ... KARLSRUHE

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

IV.

... quia dominus adiutor me

us est. ℣ Inpulsus uersatus sum ut caderem & domi

nus suscepit me & fac tus est michi in salutem.

Hec hostia dne qs emundet nra delicta. & SECRETA

sacrificium celebrandum subditoꝝ tibi corpora mentesq̃

sanctificet. P. CO. Mirabantur omnes de his que procedebant de ore dei.

Quos tantis dne largiris uti mysteriis. qs. ut effec

tibus nos eoꝝ ueraciter aptare digneris. P. FERIA IIII.

KS. Fidelis sermo & omni acceptione AD ROMAN.

dignus. quia xpc ihc uenit in hunc mundum pec

catores saluos facere. quorum primus ego sum. Sed ideo

misericordiam consecutus sum. ut in me primum osten

deret xpc ihc omnem patientiam. ad informatio

nem eorum qui credituri sunt illi in uitam eternam.

Regi autem seculoꝝ inmortali. inuisibili. soli dō honor &

glā. in secla seclorum amen. SCDM MARCUM.

In illo temp. Introiuit ihc in synagogam. & erat

ibi homo habens manū aridam. & obseruabant eū

si in sabbatis curaret. ut accusarent eum. Et ait ho

mini habenti manum aridam. Surge in medium.